



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

L. Des Klosters Leitzkau Fraternitätsbrief für das Kapitel zu Quedlinburg,  
vom 23. September 1311.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

L. Des Klosters Leitzkau Fraternitätsbrief für das Kapitel zu Quedlinburg,  
vom 23. September 1311.

Inelite domine . . . abbatisse . . . preposite . . . Decane necnon totique collegio ecclesie sancti Seruatii in Quedelicheborch, Johannes, prepositus et archidiaconus, H. prior totusque conuentus ecclesie lyzekenfis orationem in filio virginis gloriose. Quum omnes morimur et quasi aque non reuertentes dilabimur ita quod non possumus eos, qui nobis positi sunt, terminos preterire. Ideo secundum apostolicum documentum necesse habemus, nos tamquam fraternitatis amatores mutuis orationibus preuenire, vt pariter in odore vngentorum domini currentes aquas veri gaudii indefinenter hauriamus de fontibus saluatoris. Cum igitur exigente pie deuotionis affectu, quem ad monasterium nostrum percepimus vos habere, petitionem vestram benigno et hylari recipientes assensu, Damus vobis plenam fraternitatem et plenariam participationem omnium honorum, que fiunt et de cetero domino cooperante in Monasterio nostro fient, in vita nostra pariter et in morte, In missis, In vigiliis, In ieiuniis, elemosinis et orationibus et aliis bonis operibus et quando dies obitus Sororum vestrarum nobis intimatus fuerit, XXX<sup>ta</sup> missas in conuentu celebrabimus et in speciali missas, psalteria et alias orationis pro eis, quemadmodum pro omnibus nostram fraternitatem habentibus facere consueuimus, faciemus integre et complete, quod similiter nobis et nostris apud vos fieri petimus et optamus. Ut autem hec donatio a nobis et posteris nostris Inviolabiliter teneatur, presens scriptum super eo confectum nostro et nostri conuentus sigillis firmiter est munitum. Datum anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XI<sup>o</sup>, In sequenti die beati Mauricii.

Nach dem Original im Königl. Preb.-Archive zu Magdeburg.

LI. Markgraf Johann genehmigt den Verkauf von Reberg an das Kloster Jericho,  
am 12. September 1313.

Ad memoriam rei geste sempiternam. Ne ea, que aguntur in tempore, simul cum fluxu temporis dilabantur, expedit, eadem, prout ordinauit sapientium industria, firmo litterarum testimonio perhennari, vt sic perhennata posterorum noticie deferantur. Hinc est, Quod nos Johannes, dei gracia Brandenburgensis, misnensis et Lusacie marchio, perpennes, quantum boni et lucri prodeat in vita eterna, ex hiis, que diuino cultui exhibentur, ob nostram salutem et in remissionem peccaminum nostrorum progenitorum dedimus, damus, donauimus et liberaliter per prefencium seriem litterarum donamus Ecclesie beate marie virginis gloriose in Jericho et eiusdem pastoribus, videlicet honorabili viro wernerio, eiusdem Ecclesie preposito ceterisque dominis ipsius Ecclesie eorumque successoribus vniuersis proprietatem ville Reberge, quam Idem dominus prepositus wernerus erga famosum virum dominum Conradum de Krakow, militem, de pleno consensu omnium suorum canonicorum debito et consueto emptionis contractu pro vtilitate dicte Ecclesie sibi credite comparauit cum omnibus suis attinenciis, scilicet agris, cultis et incultis, lignis,